Mythologia, Venise, 1567 - X [132] : De Mida

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [138] : De Mida *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 15 : De Mida *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [138] : De Midas *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [138] : De Midas *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l’Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination306r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesMédée
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

pus. Is enim vino facile victus fuit, qui omnem Deorum immortalium potentiam antea minime formidauerat.

De Lycaone.

SIC igitur multis rationibus ad probitatem & ad humanitatem erga hoſpites antiqui nos adhortabantur, quod etiam fecerunt per fabulam Lycaonis. Nam vt hoſpitum præſentia vnumquemque ad humanitatem incitaret. Deos etiam finxerunt ad homines in hoſpitium aliquando acceſsiſſe: atque ingentibus ſuppliciis Deorum conſilio illi affecti memorantur, qui cru delitate in hoſpites vſi fuiſſent: illiq; rurſus honorifica & vtiliſsima præmia reportarunt, qui per humani & benigni aduerſus hoſpites extitiſſent.

De Ganymede.

GANYMEDEM fuiſſe à Ioue amatum omnes antiqui conſentiunt, at cur fabuloſè dicatur in cœlum aſportatus, nemo probabilem rationem explicauit, ex iis omnibus ſcriptoribus, quorum monumenta ad ætatem noſtram peruenerunt. Ego ſanè ſignificare voluiſſe antiquos per hanc fabulam crediderim, virum prudentem, & qui recto conſilio polleat, proxime ad Deorum immortalium naturam accedere. Nam vel nomen ipſum Ganymedis ſignificat, virum conſilio præſtantẽ, quem ob eximiam prudentiam Deus ad ſe rapit, cum ſtulti neque ſibi, neque cæteris quidem hominibus ſint vtiles. Dictus eſt Ganymedes pulcherrimus, quòd anima prudentis hominis nullis prope ſordibus humanis ſit contaminata; quæ cum talis exiſtat, facile ad Iouem rapitur.

De Harmonia & Cadmo.

ENIMVERO vt cunctis hominibus fieret manifeſtum quod neceſſaria eſt prudentia in rebus omnibus, ea finxerunt antiqui, quæ de Cadmo fabulati ſunt. Is enim Mineruæ conſilio ſerpentem ad fontem Dircen occidit, & dentes ſeminauit, latronem ſcilicet cum ſociis; quia maxime rerum omnium neceſſaria eſt prudentia imperatoris in rebus militaribus, quæ tamen omnis inanis eſt, niſi Dei optimi auxilium illi acceſſerit. at vero Harmonia Iouis & Electræ filia dicitur, quòd illam in motibus ſphærarum ineſſe arbitrabantur, vti dictum fuit.

De Medea.

NEQVE vero vno tantum exemplo, vt humanitate aduerſus hoſpites vteremur, nos hortabantur antiqui; quando Midæ etiam facinus, qui Silenum perbenigne tractauit, ita celebratur. is enim ſuæ liberalitatis ergo magnum accepiſſet præmium, ſi tam prudens fuiſſet petendo & eligendo præmio ac dono Dei, quam liberalis fuerat in hoſpitem. Sed nihil certum petendum eſt à Diis, quia ſæpius pernitioſa petuntur à precantibus: temerè nihil iudicandum monemur per hanc ipſam fabulam, quoniam vel temerarium, vel ſtultum, vel doloſum iudiciũ non patitur Deus diutius eſſe inultũ.